

cum remittet, navis potius quam aurigis cedet. Vale
 Vir summe et me ama, qui nominis tui cultores facere
 non possum, quin amplectar. Haga Com: vi. Aug: 1632.

Godefr. Wendelino

Pastori Bethasiorum
 pago Beet.

(159)
 Compellari a te, Vir Doctissime, et salutari, et munus
 culo ornari, magno mihi in pretio est. hoc majori, quod
 occasionem unam praebes, qua non inutili amicus admitti
 videar, illud maximo, quod injecta summi Viri mentione
 per tam honoratae mihi amicitiae sacra, officii meo admones
 et quo te haberi loco pot sit, doces, qui apud illum summo sis,
 non recuso licet amantissimum tui testem. perspectos
 habeo et affectus Puteani, et candorem et judicium, dicere
 et scire me quam amare possit et non falli, nisi me amaret,
 sed ut semel lapsus sit, quam in te non erret, palam tute
 facis, qui ^{tam} solidae eruditionis dato iudicio, ea me facundia
 alloqueris, qua ut conveniri saepe cupiam, a paucis expecto
 posse conveniri. Amo igitur te nunc jam Vir Clarissime,
 et colo qua te, qua Puteani, qua meum: amatum etiam
 ne dubita, et culturus sum constantem qua talem, et qua

Tuus.

G. H.

Qui haec profert, indicabit
 quam in manu mea non
 sit, haec in re. prolixius grati
 ficari tibi, quamdiu trans
 Rubiconem incolis, et in hostico.

In Castris ad Trajectum Mosae.
 VIII. Cal. Quintil. 1632. XXXII.

Illustrissime et Excellentissime Domine.

(160).

Perquam sero redditae mihi fuere, quas ad me literas dedisti
 sub finem Mensis Maij. Hanc primam silentii mei, non
 socordiae, causam admittes. Proximam quod in expedi
 tione eramus, et ut magnarum itinerum molestiam
 demas, negotiis tuis vero districtissimi. Tertia est, quod
 excepta pro tempore spe ocia ac recessus, occultas notas
 quas commendaveras, alii investigandas tradidi, qui
 diebus plusculis insumptis, tandem cassi laboris fructum
 desperationem, retulit: ille quidem in deca
 Mathematicorum